

R 24. 571-1665

54

Samuel Tennilius a
Constantijn Huygens

32-49

Splendidissimo Equiti, Religiosissimo Secretario,
Poëta Facundissimo, Domino meo
CONSTANTINO Huygens
Salutem.



Ferix, Domine, quas nobis dederant dies caniculares, impensè itineri Parisiensi,
lectissimos et sapientissimos viros mihi ostenderunt, et in his Dominum meum tuum
Filium tempori meo inservientem. Cum enim ante annum Samblichi Nicomachum
protulissem, de reliquis ejus operibus edendis cogitarem, ille tuus Regiam bibliothecam
aperuit, ut mysteria Aegyptiorum (sunt enim mehercle Samblichi) quae Reverendissimus Cosar-
tius ex Mss. Soc. Jesu describenda conceperat, conferrem; reliqua auctoris divini opera ante
octenniū in Gallis et Italis exaraveram et comparaveram. Cum ad sacra nostra rediturus valedicerem
amicis, hanc, quam vides, arculam accepi ad te curandam. Hanc petere et hac via favorem tuum
conciliare posse creditus. Quisquilias queso, quas adpesci, boni consule, et fac Dominus filius rem
bene curatam, meque officio functum intelligat. Quod si tua amplitudo curis, quas nitor
(et quid domi tuae non nasceretur, dum juxta scaturiginem Aganippici fontis per roscidas ripas
et mulsidos pumices stylum trahis?) adesse poterit, ne oro, tuum ingenium communi literarum invi-
deas; vel si nimis improbae sunt haec preces, me incredibili bonis placendi cura ductam intra tuorum
clientum numerum latere patiaris. Sic te diutissime incolumen literaria et patria Resp. videat; hoc
omnibus suppliciis Deum veneratur

Neomagi MDCLXVIII.
a. d. s. Idus. Septemb.

Tuo splendori
addictissimus
Samuel Tennilius.

V. 128

Hug 32A

Aen Myn Heer

Myn Heer Constantin Huygens,
Heer in Zülichem, Landsdracht
Ezr Hof.
Jⁿ S Gravenhage.

post - 9^{re} 9^{de} partij.

